



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Commentarius Pavli Bernriedensis, Antiqui Scriptoris, De  
Vita Gegorii VII. Pontif. Max.**

**Paulus <Bernriedensis>**

**Ingolstadii, 1610**

XXIV. De miserabili obitu Adelhardi presbyteri.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65381)

XXII. Hic est enim, cuius & in vita GREGORII VII. *talem fecimus mentionem, quod videlicet Dominus noster IESVS CHRISTVS eius denotans incontinentiam, HERLVCAE vigilantibus, & fortè singulariter in aedivula sedenti, clara die cum vulneribus sanguine manantibus apparuit; nihilque dicens post momentaneam stationem evanuit. Secutus eum fuerat Beatus Præsul Wisterpus; qui paulò diutius subsistens, interrogavit eam dicens: Nunquid exhorruisti cruenta vulnera Salvatoris? Verè, inquit, exhorruisti. Ait: Non vis eum unquam taliter videre? Respondit: Nolo Domine. Noli ergò, inquit, ulterius audire missam Richardi presbyteri.*

*Leguntur hæc in vita Gregorij VII. non procul à fine. Ex quo intelligitur eundem esse auctorem Historia de Greg. VII. & de Herluca.*

XXIII. Posthæc tamen ad eò melioratus est idem Sacerdos per assiduas increpationes, & exprobrationes Herluca, quòd in fine suo, magnas ei gratias egit de spe liberationis suæ.

XXIV. Illud etiã in gestis\* *Prænominati Papæ cõmemoratum non pigritabor hîc repetere, quod videlicet quadam die, præsentem Domina Hadeuiga, dum fortè per fenestram \* expectaret Herluca, subito percussus pectus suum, dixit: Va, Va, Va, quod unquam creatus est homo. quod \* contra, Domina ait: At at quid habes? Anima, inquit, Adalberti presbyteri de Rota cum magna demonum violentia ducitur ad supplicia. Cumque non hoc ita esse optaret herã: Mittatur, ait Herluca, & probetur. Missum est; & exitum eius visioni convenisse probatum est.*

*\* GREGORII VII.*

*\* f. prospecta- ret.*

*\* MSS habet quo Legend. quod, per anastrophem, pro, contra quod.*

XXV. Vidisse eam aliquando ipsa quoque supplicia Tartari, inde conieci, quod pro certo dixit, nullum apud inferos ignem ardentiorum esse, igne excommunicationis.

XXVI. Porrò, quod de cælesti iocunditate nonni-